

178



Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico venientiam commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kahl J. C., et defensas a Gottholdo Martini Jorg. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lipsiae.
4. Dissputatio et factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmuken et defendit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissputatio ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Caspary J. V. D. Resp. Christiano Caspary Collic. Misn. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Jov. nensi. Lipsiae.
8. Dissputatio et dolo, quam praesentavit Valentinus Thiemero. J. C., publico examini subiecit Augustus Kölyer. Hannover. Jenae.
9. Dissputatio et Probationibus, quam praesentavit Conrado Caspary J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeke. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissputatio et Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno. J. C. mis Johannes Christophorus Aremann. Jenae. Jenae.

Handwritten text on a parchment page, likely a title page or a page from a book. The text is written in a Gothic script and is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side. The visible text includes the word "ANNO" and "BRANDENSTEIN".

T



FRANCISCVS **R**OMANVS
J. U. D. AC PROFESSOR,

Positiones sequentes, desumptas ex l. transigere. 18. & quæ ad eam Dd. notârunt,
ORDINARIA IN DISPUTATIONE placidæ collationi subjiciet

Respondente,

CHRISTIANO à BRANDENSTEIN.



Nobilis & explicatu difficilis est,

I. transigere 18. C. de transact. idq; omnium Dd. consensione constat. Ex quibus etiam quidam summus Ictus nostri ævi tradidit, nullam esse legem in toto

C. Justiniano, quæ obscuriorem habeat tractatum, quam hæc ipsa.

II.

Complectitur autem duas definitiones, quibus breviter ostenditur, quid valeat transactio & pactum in omnibus criminibus publicis.

III.

Prior est de capitalibus: Posterior de iis, quæ capitalia non sunt: quas uti scriptæ sunt ritè, & ordine expendamus.

IV.

Ergò igitur primò ita ajunt Impp. *Transigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est.*

V.

Ex verbis istis: *prohibitum non est*, consequitur ratam esse transactionem & pactionem, ut accusator, qui transigit vel pactus est, amplius reum accusare non possit.

VI.

Neq; valet tantum transactio illa & pactio de crimine capitali, sed & in utriusq; personâ, accusatoris sc. & rei, est impunita.

VII.

Verba ista: *excepto adulterio*: duplicem important difficultatem, una est in ratione, altera in pœna.

VIII.

Rationem quod attinet, alii aliam afferunt, adeò ut satis multæ & quidem probabiles commemorari possint.

IX.

Nobis præ reliquis hæc arridet, quod adulterij causa inter capitales olim non reputabatur, ut non mirum, si de eâ transactio denegaretur.

X.

De pœnâ verò statuimus, fieri potuisse, ut jam tempore Diocletiani & Maximiani in adulteros gladio fuerit animadversum: Eam autem post à iudicibus sæpè prætermittam, Constantino Imp. nova lege mortis pœnam faciendi, occasionem dedisse.

XI.

Hinc non intempestivè contenderimus, hæc verba *excepto adulterio*, à Triboniano inserta esse, ut convenirent cum decisione ipsius Justiniani, & cum const. Constantini.

XII.

Cum *stuprum* regulariter capitale crimen non sit, parum aptè quæritur, an in eo idem jus sit, quod in adulterio.

XIII.

Si tamen tractetur de hujusmodi stupro, quod capitali supplicio cohercetur, non dubitamus idem de eo, quod de adulterio dicendum,

XIV.

Hoc si ita est, quantò potius de *raptu* dixerimus, super illo

transigi non posse? certè ut in rapinâ furtum improbum, sic in raptu stuprum multò est gravius.

XV.

Præter crimen adulterij Glgraphi etiam *perduellionem* sive crimen læsæ majestatis excipiunt, eiq; ut vocant, similem *heresin*, quæ sententia nobis improbatur.

XVI.

Altera definitio hujus l. est de criminibus sanguinis pœnam non ingerentibus, de quibus ajunt Impp. *non licere transigere.*

XVII.

Cur ita? vel quia hæc pactio & transactio sit turpis, vel quia judicij autoritatem accusatores eluderent, & in nequitia hoc modo confirmarentur.

XVIII.

Circa hæc l. nostræ partem exurgit ista quæstio: *An etiam in privatis criminibus transigere liceat?* cum in publicis videatur tantum inducta hæc prohibitio.

XIX.

Non incleganter cum Gl. Dd. hîc distinguunt, an civiliter, an criminaliter agatur: Si civiliter, pactum non prohiberi asserunt: Sin criminaliter, hujusmodi transactionem non valere concludunt.

XX.

Ex istis quæ hæctenus proposita sunt, facilè intelligitur, quæcunq; sunt crimina publica mortis pœnam non irrogantia, licet sanguinis habeant effusionem, nihilominus de his transigere non esse licitum.

XXI.

Sequuntur in textu hæc verba: *citra falsi accusationem*, quæ valdè multorum ingenia detorserunt.

XXII.

Sunt qui dicant ita ea esse exaudienda, ut exceptionem ab hoc secundo pronunciato nostri rescripti complecti videantur.

XXIII.

Alij potius eorum verborum hunc sensum esse volunt, ut qui de crimine non capitali, id est, sanguinis pœnam non ingerente, transigit, in Scti Turpilliani accusationem incidat.

XXIV.

Posterior interpretatio, plerisq; recentioribus magis probata, nobis prorsus necessaria videtur.

COROLLARIA.

I. *An ex articulo facio ut des, detur actio præscriptis verbis tantum, an actio de dolo?*

II. *Instituto filio familiâs ante aditam hereditatem decedente, an admittatur vulgariter substitutus, an pater?*

III. *An minor sine curatoris autoritate jusjurandum deferre possit?*

IV. *An feudum ex pacto & providentia præscribatur?*

In BRABENTRIO J. C. ad D. PETRI usitato DIE XV. Februarij, Anno 1610.

Lipsiæ, Valentini, Am Ende excudebat, Typis Beyerii.

2.

ORDINARIUS

FRANCIS

J. U. D.

Possiones lepuentes, delu

ORDINARIUS IN DI

CHRISTI

I

Obilis & explicatidiff

transgessis. C. de trans

rum Da. confessione cont

bus etiam quibus datus

svi tradidit, nullam esse leg

C. Justiniano, que epla. notam habet

quam hac ipse.

Completur autem duo de hitione, qui

offendit, qui velat transito de patione

criminibus p. p. p.

Rior est de capitibus: hitione de p. p. p.

hunc: pars in scriptis hitione & ordine

Fragment of a label on the right edge of the page.



153709


AB: 153709

X2615956

Retro ✓

VD17





15



